

.lxxxvi. DE NOCTURNA CELEBRATIONE .

De uigiliarum quoque nocturnalium caelebratione
antiqua est institutio . uigiliarum deuotio . familiare
bonum est omnibus sanctis . Isaias quoque propheta exclamat ad deum
dicens . De nocte uigilat spiritus meus ad te domine . quia lux
/162r/ precepta tua sunt super terram . Item dauid et regio et propheticō sancti
ficatus ungento ita canit . Media nocte surgebam ad con
fitendum tibi . super iudicia iustificationis tuę . Hoc namque
tempore uisitator angelus transiens . primogenita egyptiorum
percussit . Unde et nos uigilare oportet . ne periculo egypti
orum admisceamur . Hisdem etiam horis uenturum se esse . in euau
gelio saluator adstruxit . Vnde et ad uigilandū auditō
res suos excitans dixit . Beati serui illi . quos cum uenerit
dominus inuenerit uigilantes . Uigilate ergo nescitis enim
quando dominus ueniat . sero . an media nocte . an gallican
tu . an mane . ne cum uenerit . Inueniat uos dormientes .
et ne solis apostolis illud preceptum esse crederetur . mox subiuncxit .
Quod autem inquit uobis dico . Omnibus uigilate . Siquidem nec
uerbis solum docuit uigilias . sed etiam confirmauit ex
emplo . namque testatur euangelium . quia erat iesus pernoctans
in oratione dei . Paulus quoque et silas in custodia pub
lica circa medium noctis orantes . ymnum audientibus
cunctis uincti¹ dixisse memorantur . Vbi terre mo
tu repente facto et concussis carceris fundamentis . et
ianuę sponte aperte et omnium uincula sunt soluta . Unde
oportet . his horis psallendi orandique frequentiam nos
in sanctis habere officiis . finemque si aduenerit subtali ac
tu expectare securos . Est autem quoddam genus hereticorum

¹ uincti] corr. from uinctis

superfluas existimantium sacras uigilias . et spiritali opere
influctuosas dicentes . Iura temerari diuina . qui enim
fecit diem ad laborem . fecit et noctem ad requiem . qui Heretici
greco sermone negastes . Hoc est somniculosi uocantur .
Iste autem est catholicus ordo diuinarum cælebrationum .
/162v/ qui ab uniuersa ecclesia incommutabiliter seruatur .